

in se proprietatem fundendi & fixandi. Tunc quando vis corpus dissoluere post suam calcinationem, dissoluere illud cum argento viuo, traxo ab ipso purificato septena distillatione: quoniam tunc corpus est multum efficax ad penetrandum, & intrandum per spongiositatem illius sui corporis. Spiritus congelantis beneficio dissolutionis naturae fixae, & corporis, & mixtionis illius cum argento viuo: & ista, si me intelligis, est solennis materia dissolutionis, quæ fit cum cōgelatione spiritus, & sine illo non: sed separationem elementorum non intelligas quod fiat, aut fieri possit, nisi putrefactio-
ne, per quam miscetur spiritus in corpore, & cum suis elementis: & illa est quæ reddit volatilia, sicut apparet in eorum separationibus. Propterea ergo digere, & putrefac elementa in eorum simis ad finem, & hoc quando erit bene digestum ad satisfaciendum nostræ voluntati, ut possit bene separare: & postea in huma, ut res separata possit melius depurari, & efficiatur argentum viuum in forma aquæ claræ. Sed si non diuidis lapidem, videlicet substantiam quintam per quatuor elemen-
ta, scias, quod ipsa vnius non poterit naturaliter, nec coniungi cum corpore sicco, si quodlibet eorum non tenet de natura quintæ essentiæ: quoniam illa est com-
mixtio omnium elementorum, & reductio eorum in unam puram substantiam. Et conuenit, quod illa elemen-
ta sint bene depurata ab eorum infectionibus. Et dicimus tibi, quod sulphureitates combustiæ & com-
buscibiles per beneficium calcinationis separantur, &
de toto annihilentur ab igne & à terra, & corpus com-
minuantur & subtilietur multū per talem digestionem,
& aquæ depurentur multum ab illorum sordibus cum distillationibus, & subtiliando vertantur in naturam
aëris, per leuigationem leuitatis. Deinde potes facere
coniunctionem masculi cū fœmina, ut inter se gignant
filium ignis, qui tantus est amore omniū Philosophorum. Et si me bene intelligis, hic iacet tota nostra Philo-
sophia. Et hic notandum, quod in occulto nostri la-
pidis est caliditas & siccitas, & in manifesto frigiditas
& humiditas: quare oportet eius manifestum occultare, & eius occultum manifestare: cù quod caliditas quæ
est